



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

III. Præsentia diuinæ conspectum non solum mentis conceptione constare,
sed à voluntate, & affectu maxime pendere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

C A P. III.

*Præsentia diuina conspectum non solum
mentis conceptione constare, sed à vo-
luntate & affectu maxime
pendere.*

DIdymus (vt scribit Socrates) cum In hist. Tri-
lib. 8. c. 8. puer adhuc literarum elementa disceret, morbo oculorum visum amisit; eique Deus pro visibilibus oculis intelligibiles condonauit. Is tempore magni Antonij florebat; ad quem cum venisset Alexandriam, fertur ei dixisse: *Non te conturbet, Didyme, amissio sensibilibus oculorum: tales enim oculi tibi desunt, quibus & musca & pulices frui vtique possunt: sed gaude prius, quoniam habes oculos quibus etiam Angeli conuidentur, per quos videtur Deus, eiusque lumē inspicitur.* Hæc Socrates. His ergo mentis oculis nos vt conuenit, si Deum præsentem intueri voluerimus.

Ad illam igitur considerationem venio, quæ nobis explicabit quæ & qualis sit hæc, de qua agimus, præsentia diuinæ contemplatio, apprehensio, visio, ac conceptio. Diuersis namque modis id fieri posse, ex ijs, quæ diximus, sat potest colligi. Apprehendere namque Deum Modi, quibus
Dens
præsens ap-
prehenditur,
tres. potest quispiam solo intellectu, vt Philosophi; potest & fide, solo intellectu cooperante; potest denique vi & imperio amoris: si enim animum

num is possideat, facultatibus omnibus imperat, & ad exercitium appellit & applicat.

*Modus I.
Solo intellectu naturali.*

Prima ratio videndi Dei non est contemnenda: honestum enim id est, & laudabile, & finis quam optimus, Deum nosse, & à malo cavere non sufficit tamen, nec constans esse potest non enim natura idonea ac sufficiens est ut molestiam ac laborem toleret, arceatque fluxum rapidum cogitationum occurrentium, impetum variarum appetitionum comprimat, motusque passionum, quæ hominem longissimum abripiunt. Fieri tamen potest, ut in completionem feliciorem, aut etiam timidiorem, apprehensio nascatur vehementior, & Deum interdum timeat plus æquo, quem presentem novit etiam lumine naturali. Hæc autem conceptio non sortietur effectum quem querimus concipiet enim Deum, non ut amantissimum parentem, aut benignum, misericordem, amabilemque benefactorem: sed ut severum Dominum, iudicem pertimescendum, scelerrum vindicem implacabilem. ex qua consideratione servilis timor, odij divini ac blasphemiarum cogitationes exurgunt, inquietudo conscientiarum, desperatio: & quia tales difficulter à peccatis abstinent, putant de salute sua actum esse; nec ratio est & placandi conscientiam, & in spem erigendi: nec confitendi modum ponunt, aut finem faciunt. Idcirco inter Philosophos pauci sunt qui hac de re scripserint, pauciores qui excercuerint: & qui hac de re scribunt, paradoxa loqui videntur.

17. Molliore est apprehensio cum ex fide nascitur: nam fides spei fundamentum est: vel, ut Paulus loquitur, est *esperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium*. et si seuera Dei iudicia interminet vna manu, altera benignitatem ostendat. Dicit ergo fides ex vna parte: Deus *inuisibilis & iudex est; nisi conuersi fueritis, gladium vibrabit, arcum suum retendit, & parauit illic: & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas arripuit us effecit*. at quibus? ijs nempe qui parturunt iniustitiam, concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. Ex altera vero parte iustis adiutorium à Domino qui saluos facit rectos corde. Et si sit Deus iustus & fortis; tamen addit, *Et patiens; nunquid irascitur per singulos dies?* denique dixit, *Nisi conuersi fueritis, si ergo conuersi fueritis, non vibrabo gladium, nec sagittas inflammatas emittam*. Sic ergo fides rigorem iustitiæ misericordiæ benignitate temperat: arida tamen est fidei cognitio, si nihil (præter eam) accedat diuinæ præsentia considerationi; nam fides longe verius & potentius inculcat iudiciorum diuinorum lenitatem, quam humana ratio: & licet ex eodem fidei fonte solatia ac remedia promantur, quæ ad spem excitent; sine nouo auxilio tamen non apprehenduntur, nec apprehensa sufficiunt ad frangendum impetum timoris & desperationis.

Deinde, sine gratia excitante raro Deus præsens concipitur, ne quidem à fidelibus, quorum fides præuio auxilio destituta sopita esse videtur: unde opus est graui excitatione, concionatorum magnis

*Modus 2.
Per fidem.
Heb. 11.*

Psal. 7.

magnis clamoribus, punitione malefactorum, bellorum vastationibus, pestis ac famis flagellis, quibus homines vix, ac ne vix quidem, ad Deum manum extentam cognoscendam permouentur.

Modus 3. 18. Optima vero illa est ratio Deum contemplandi, quæ ab amore proficiscitur, & ea non tam timore quam beneuolentia nititur: nam (vt ait D. Augustinus) *cognitio sine caritate non saluos facit.*

Fide & caritate. *Scientia inflat, caritas adhibet.* Si confiteri vultis, & non amare, incipitis demum similes esse. Confitebantur demones Filium Dei, & dicebant, Quid nobis & tibi? & repellabantur. Confitemini & amplectimini: illi enim timebant demones vestrarum. Quid mirum si amans præsentem inimicum facit, cum animus sit amplius vbi amatur quam vbi animatur? vbi dolor, ibi manus; vbi amor, ibi oculus. Excitat amor desideria, desideria cogitationes, cogitationes fingunt imaginem vt præter eum, quem diligas, aliud cernere videaris. quem affectum in quodam amico defuncto graphice describit Augustinus.

Tract. 2. in ean. epist. Ioan post medium, rom. 9. Matth. 8. *tebant, inquit, eum vndique oculi mei, & non dicebantur mihi: & oderam omnia, quia non haberent eum, & factus eram ipse mihi magna questio; & interrogabam animam meam quare tristis esset, & quare conturbaret me valde.* Hæc & plura Augustinus. Magna enim vis amoris est in vtramque partem vt dolorem excitet, si ipsi, quod amat, tollatur vel gaudium, si adsit quod diligit: vtroque tam casu rem amatam præsentem constituit; quare si cog-

Li. 4. Confess. c. 4. in fine.

constans amor fuerit, constans erit & dilecti
memoria.

Formam hanc ab ijs, qui suprema beatitu- *Vt in bea-*
tine potiuntur, desumimus. non enim beatos *ti.*

facit sola nudaque summi boni visio, antequam
contemnerint ipsi, amore beatifico: sed visio, quæ
et amore hoc sequitur, comprehensio possessio-
ne vocatur; æternaque est, quia amans animus
separari non vult; potestatemque habet impe-
dendi intellectui, ut amicum teneat, nec dimittat.
& nos quoque nunquam præsentem Deum
feliciter constanterque tenebimus, si sola co-
gnitione nitamur, affectu vacui: sed si vehemens
precedat dilectio, illa dilectum cogitatione te-
nebit, *nec dimittet, donec introducat nos in domum Cant. 3.*
matris nostræ Ierusalem; & in cubiculum genetricis
nostræ, diuinæ Sapientiæ, quæ nos verbo veritatis Iacob. 1.
geniuit.

De hac præsentia Dei cognitione, quæ ab ex-
perientia sensuque interno nascitur, loquitur D. *1. Ioan. 4.*
Ioan *Omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit*
Deum. & Propheta Regius: *Gustate & videte quo-*
quid suavis est Dominus. Psal. 33.

Expertus est hoc Ionathas filius Saul: qui *Allegoria*
cum ausu insolito castra Philistinorum inuasit. *Ionathas.*
cum solo armigero, magnamque edidisset *1. Reg. 14.*
stragem, & prostratis tandem ac trucidatis pro-
prio mucrone hostibus deficeret, vixque ocu-
los ad videndum posset intendere: oblatum op-
portune mellis fauim extrema virga, quam ma-
nibus tenebat, delibavit, *& illuminati sunt* (ait
Scriptura) *oculi eius.* Ionathas strenuum Christi
mili-

militem, virtutisque ac PERFECTIONIS studiosum designat; qui magno animo statuit, solo Christi IESU praesidio armisque munitus, vitiolorum leuiore lapsus, defectuum reliquias, concupiscentiae impotentiam aggredi ac frenare. O quantum potest absolutum voluntatis imperium, inuictaque resolutio carnem subigendi, & antiquum hominem cum actibus suis prosternendi! si vel vnum vitium aggrediaris, illud praesertim, ad quod natura magis propendeat, caetera nutant, sensimque ruunt, & quae mucronibus in mutua capita versis, passiones ipsae virtuti seruiunt. Non deest interea generoso athletae suo benignissimus Dominus, vnde *manna absconditum* mellitae consolationis praerigens: (talis namque est cibus Dei caelestium gignantium) eiusdemque praesidio illuminantur oculi, quibus ipse agnoscatur, eiusque pulchritudo; atque anima in posterum his pasta delictorum dem ineparabiliter adhærescat.

Apos. 2.

Exemplū

S. August.
Solil. c. 31.

Hoc D. Augustinus expertus, ita sibi commigisse fatetur: quærit namque in hæc verba: *veni te, Domine Deus meus; sed qualiter inueni te?* respondet: *Cognoui te in te. Cognoui te non sicut tibi es, sed cognoui te sicut mihi es; & non sine te, in te: quia tu es lux quae illuminasti me. Sicut enim tibi es, soli tibi cognitus es, Cognoui te, quia Deus meus es tu. Cognoui te solum verum Deum, & quia cognovisti IESUM Christum. Erat enim tempus quando non cognoscebam te. Va cecitati illi, quando non videbam te: va surditati illi, quando non audiebam te. Cæcus & surdus per formosa, quae se*

delinmis irruerem: & mecum eras, & tecum non eram:
 quæ me tenebant longe à te, quæ non essent, nisi es-
 setis te. Illuminasti me lux mundi, & vidi te, & a-
 maui te. Nemo quippe te amat, nisi qui te videt: &
 nemo te videt, nisi qui te amat. Sero te amaui, pul-
 chritudo tam antiqua & tam noua: sero te amaui.
 In tempore illi, quando non amaui te. Hæc Augusti-
 nus: ubi distinguit cognitionem fidei, quam
 caritas sequitur: à cognitione proficientium,
 quam caritas præcedit.

Nemo tamen fallatur, ratus quemuis, qui
 habet caritatem, illico præsentem Dei conspe-
 ctum nactum esse: habitus namque caritatis et-
 asculatorem adiuuet naturalem, & inclinât ad
 præsentem: tamen si in ea sit repugnantia, si ani-
 mus sit dispersus, si homo socordiam non excu-
 rat, si intellectum ac memoriam non excitet,
 non mouebitur habitus ipse, nec mouebit. qua-
 vel necesse est vt singulari priuilegio Deus a-
 nimos illuminet ac præueniat, excitando men-
 tem, inflammando voluntatem ad conspectum
 diuinum intenta cogitatione quærendû ac reti-
 nendum: vel certe opus est animi contentione,
 sicut cum artes traduntur & discuntur, qualis ars
 memoria, artesque liberales: vnde & à nonnul-
 tis de arte amandi scribentibus dicitur, maximâ
 animi vim contentionemque, vt amici memo-
 ria cum beneuolentia retineatur, adhibendam
 esse. Sic & artem diligendi Dei, perpetuamque
 caritatis memoriam conseruandi, non nisi summo
 animi affectu conatuque industria nostræ haberi
 posse putandum est. Et licet in artes mechani-

*Sola cari-
 tas suffici-
 ens non est
 ad præsen-
 tiam Dei
 excitandâ.*

Simile.

cas, vel etiã liberales, aliasue sublimiores, quibus victus comparatur, homines suo apte ingenio ferantur æquo ardentius; paucos tamen reperies qui in artem amandi Dei velint incubere et hī primi & purissimi fructus eius, & infinitus saurus ac innumerabilis honestas per illam amantibus eius subueniant: ideoque fructus nonnullos hic spargam, colligendos his qui arborum emere nolunt, nisi gustu primum eius excellentiam probauerint.

Prov. 3.
Sap. 7.

C A P. IV.

De septem fructibus eximijis, è divini Nominis presentis memoria prodeuntibus, tripliciter explicantur: cognitio sui, Dei clarior notitia, ac letitia spiritualis.

Primus
fructus presentis
sententia Dei,
cognitio
sui.

Sap. 7.
S. Franciscus apud
Thomã à Kempis li. 3. de imit. 16. 50.

21. PRIMUS ille decerpendus est fructus qui primus erumpit, ac ceterorum basis atque fundamentum; nempe sui ipsius cognitio: unde enim homo clarius faciem suam videbit, quam in illo speculo, in quo omnium facies repræsentantur? est namque Deus candor lucis æternæ, & speculum sine macula in quo facies nostræ videntur plane sibi conformes. Talis tantusque es, ô homo (ait quidam Sacerdos) qualis quantusque coram Deo inveniris, & amplius. Et quia conditio nostra, vel tenebræ nostræ mentis, sine luce agnosci nequeunt.